



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Satanas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Sapor.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Græc. ζῆλος, dicitur. Est autem sapor passio humiditatis...

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

quoddam tangibilem. Aristotel. de animal. Sapor est, ut quoddam condimentum. Ibid. tex. 29.

Saporum differentia sunt septem, Dulcis, Acer, Ponticus, Austerus, Salsus, Acutus, Amarus. Alciat. c. 19.

Saporis dulcis natura omnium reliquorum saporum naturae contraria est: nam dulcis humorem linguae inhibicum perfundit & delimit, acer turbat, & dispergit, acutus inflammatur, & ad supra eleuat, amarus vehementer abstergit, liquefacit, salsus lenius purgat & permollit, ponticus obstruit meatus linguae & contrahit asperius, austerus idem facit, sed lenius: idem, ibid.

Sapor acer, & austerus linguam arefacit & contrahit, ille magis, iste minus: amarus & salsus abstergit, ille magis, iste minus: acutus calefacit & diuidit & accendit: acida lubrica subtilitate penetrans commiscet humores, crassioresque subtilioribus circumfundens facit ampullas, dulcis calidus & humidus tanquam naturae consentaneus linguae blanditur. Ficini in Plat. Tim. c. 60.

Saporum suauium pars subtilis recreat vitalem cordis spiritum, crassior per digestionem in ventre, & icore ipsam recreat spiritum vitalem. idem, ibid.

Saporem acidulum qui maximi frigoris pene gustu stuporem inducentis perpetuo comes est, cum salso coniungere, & carnis generatione pro fermento ponere absurdum est in philosophia. Tac. Carpen. in Alciat. defensione.

Sapores Plato non voluit explicare per figuras. ut Pythagorici, & Democritus, sed ex sensuum affectionibus. idem in Alciat. c. 25.

Omnino sapor eius est partis animi affectio, quae alendi vim habet. Lib. de sensu. c. 1.

Evidentius est nobis saporum genus, quam odorum. Libro de sensu. c. 4.

Sapores omnes crassiori quadam natura constant. ibid.

Est sapor ea affectio, quae a sicco, in humore gignitur: quadam commutatione efficiens, ut gustatus qui esse poterat, reipsa sit. ibid.

Frigus & congelatio, tum saporum labefactant, tum odores praefertim, cum calorem qui est causa efficiens & author, frigus geluque delectat. Lib. de sensu. c. 5.

Nihil saporis sensum facit sine humore, omniaque eius generis vel humida sunt reipsa, vel esse possunt: Lib. 2. de Animo. c. 10. Tex. 102.

Saporum genera colores ita imitantur ut simplices contrarii sunt dulcis & amarus, quos sequantur illum quidem pinguis & crassus, hunc salsus: quibus interiecti sunt acer, austerus, acerbus & acidus. Haec enim fere sunt saporum varietates. ibid. Tex. 105.

Coniunctus est cum gustatu sapor. Lib. 7. de natur. capite secundo, Tex. 12.

Vide, Sensus.

Satanas.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Satanas aduersarius, Hebr. Satan, in nouo Testamento satanas & Satan, a verbo Hebreo Satan aduersatus est, aduersarius fuit, odiose alicui se opposuit, inimicus fuit. Tam de homine, quam de diabolo dicitur. Sirach, aduersatio, aduersaria oratio, rixa, inimicitia, odium, Gen. 26. 21. Esai. 4. 6. Vide de Satana nomine quibusdam attributo, 1. Sam. 1. 9. 20. Esai. 13. item Num. 22. 23. 1. Sam. 29. 4. 2. Sam. 19. 23. 1. Reg. 5. 4. Esai. 11. 14. 23. 25.

LOCUS BIBLICI.

Satanae nomen etiam hominibus accommodatur, qui Dei voluntati aduersantur, vel obstinata malitia, ut Iudas, Ioh. 9. vers. 7. vel in cogitantia quadam aut arrogantia, ut Petrus, Matth. 16. vers. 23. Satanae tradit, 1. Corin. 5. vers. 5. 1. Timoth. 1. vers. 20. nihil aliud est, quam fieri sicut ethnicum & publicanum, Matth. 8. vers. 17. id est, nisi Christianae ciuitatis vique ad respicientiam amittere, sine excommunicari, Satanae denique mancipari, qui extra ecclesiam regnat. Satanas, Deus huius seculi dicitur, 1. Cor. 4. vers. 4. quia seculi illi veluti Deo maeciparunt homines huius seculi. A Deo impetrata facultate, percussit Iobum, Iob. 1. 2. 12. est spiritus mendax in ore omnium prophetarum Ahab, 1. Reg. 22. vers. 22. Apostolos appetuerat, Luc. 21. vers. 31. in Iudam proditorem ingreditur. 22. v. 3. ut fulgor & caelo cadit, Luc. 10. vers. 18. in Angelum lucis transformatur, 2. Cor. 11. vers. 14. Colaphis caedit Paulum, 12. vers. 7. impedit Paulum, 1. Thess. 2. v. 18.

SIMILITVDINES.

Laurentii Iustiniani Patriarch. Quomodo inire satanarum gentibus

gentibus confictum cum hostibus visibilibus, per necessarium est, non solum scire quomodo euadant insidias inimicorum, ac detegant eorum machinamenta: sed etiam qualibus ei resistent viribus, atque prudentia illorum conterant vires atque contumaciam: *Et que in spiritualibus certaminibus non ignorandum est, quare ratione Satanæ insultus euadas, cuiusque vires diuino auxilio frangas. In ligno Vita, c. 5. de orar.*

Quemadmodum si quis stellas cœli, aut pluuiæ guttas, seu arenam maris disnumerae et voluerit, casso confumitur labore: ita quicumque varias dæmonum fraudes ad plenum rescire conatus fuerit, in vanum defudabit, mille enim artifex est: ac licet artibus suis seipsam interdum prodar, instar tamen tortuosi colubri anfractibus suis, ex lubricis hominum manibus defluit, etiam dum teneri putatur. De disciplina ac perfectione monasti. a. c. 11.

Conseruunt ut plurimum homines, quocumque aliquid difficile aggressi sunt opus, cum ad id peragendum impares se viribus senserint, mox ab amicis ac domesticis subleuata queritare: quatenus quæ propria nequeunt virtute perficere, alieno valeant adiutorio. Hac malitiæ arte, hoc sagaci ingenio vti etiam solet humani generis antiquus hostis, & seruorum Christi implacabilis inimicus. Cum enim ad debellandos atque exercendos piorum animos, ex superna dispensatione constitutus, sic tentare nunquam desinit: verum cum desinens prohibeatur ne oblitus, eos tamen per suos amicos ac domesticos vexare nititur, & ad tenendum humanum vitur instrumento, & potissimum aduersus eos, qui Christo associati sunt. De disciplina Monastica, c. 14.

Vide, D. abolus, Damon.

Satelles.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Satelles, miles mercede conductus, à latere principis, & custos Cæsaris: Gr. *δευπληγες*, Hebr. *Schoter*, Iceptiger, qui getat virgam, seu baculum. De satellite & de magistro seu præfecto etiam intelligitur. Satelles item dicitur, qui fontibus capiendis præest, qui & apparitor & viator dicitur. Horatius de viro probò dicit quod videtur & est. *Virentes vera clypeos, rigidasque satelles.*

ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.

Agasicles dicebat posse quemuis principem & regem sine satelite regnare, qui sic subditis imperaret, vt illis patet. *Plur. in apophthegm.*

Sigismund. Imp. Albertus Austriae dux (qui mortuo Sigismundo Cæsar, cuius erat gener) regnum Hungariæ ac Bohemiarum cum Romano Imperio suscepit, cum diceret principes amore ciuium cautos esse oportere, Sigismundus respondit: Et fida custodia infortunium excludit. Docuit autem Imperator potentissimus, non satis esse, vt principes fidos habeant subditos: sed addendos etiam esse iactantes, & corporis custodes, præsertim in florenti ætate. *Aeneas Sylvius lib. comment. anteriorum de reb. gest. Alphonfi.*

Alphonfi castigatus ab alicis suis, quod regia maiestatis oblitus, sine satellitibus & satrapis prodiret in publicum: Non opus est, inquit, vt ipse multum sibi timeat, qui neminem habet quem ita læset, vt aliorum etiam manu sit defendendus. Ostendit autem, superuacaneam esse satellitum turbam, si quis ita se erga subditos gerat, vt vbiq; sine iniuria timore solus esse possit. *Panor. lib. 2. de Alphonfi reb. gest.*

Thomas Pauranus subinde dicere solius est: Amorem quidem incernem incedere, dormire autem loricatam. Notabat autem principes, qui licet beneuolentiam & amorem suorum non ignorent, habent tamen nocturno præcipue tempore, qui armati prope custodias agant, vt extra omne periculum tonnum dulcissimum capiant. *Iacob. Speeg. in secund. Anea Siluii lib. de reb. gest. Alphonfi.*

Scabies.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Scabies, Græce *Ψώρα*, a *ψω*, & *σκαβος*, o, Scabiosus dicitur. Dicitur autem à scaber, quod est asper, quoniam scabies asperitatem in cute faciat. *Virg.*

Exesse inueniet scabra rubigine pila.

Hinc etiam scabrics, asperitas, scabre, aspete.

LOCVS BIBLICVS.

Scabie percutiuntur inobedientes. *Deut. 28. v. 27.*

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Francisc. Petrarch.

GAVD.

Scabie premor inopportuna. R. Iam non miror si angores meros

ægre fers: quando id iuges cui dulce aliquid immoritur est. Graui vexo scabie. R. Sunt qui hanc salubrem dicunt. Ergo non tam mœste rei lætum nomen tribuam: aram potius dicitur, ne ad salutem viam dico: Mollis est qui asperitatem vix bene respuit: cuius exitus sitiuendus. D. Arida me scabies excruciat. Iam horologio non egebis: erit tecum quæ te noctibus excruciet. Morbus ignobilis sed nobilis cura est: labor, ætas, balnea, purgum, diæta, si nec ista profuerint: ad parentia medicam recurrendum erit: Illa omnibus morbis vtilissima est. D. Scabies contumaciorum podagrici pedes dicit: me sine te pores addere: me negotium scabiosi manus: Sed quid dices, si quo scabiorum corpore pulchrior patientia est: quid si paruo ex malo bonum negotium elicias? Hæc mirum est rerum quæ contemptum corporis me pariant: quo nihil est melius mortali. D. Torum me scabies occupat. R. Torum te: verum est: id quidem metuo: sed forsitan quod quæ dicere voluisti: totum enim corpus meum sed est vobis inuisibilis animum scabies cupiditas scabiosa: ritus quidam vlciscendi querendique: qui quo magis vlciscitur acrius æstuat: hunc nec tolli nec leniri potest nec sanari quæ tanto minor vobis est semper vestri curæq; corporis.

Scabie, tabe, lippitudine capiuntur, qui appropinquati aqua autem inter cure, febre, aut fupore attonito, aut ab occurrente merito ceterorum malorum capi nequeunt: à lippitudine quæ quia oculus pars corporis nobilissima est: ceterum maxime oculum rei sibi obiectæ similibus reddi potest: quippe facile mouetur eo, quod moueat: itaq; fit, vt cum perturbatum adiecit, facile etiam ipse perturbetur, & talis contagio ideo fit, quæ tum vitiat, & grauem reddit: & omnes morbis cito amputat qui spiritu corrupto proueniunt, quale est omne pellilegenum qui appropinquauerit talem trahit spiritum, qualem æger trahit. At scabies magis quam lepra, & cætera vitia euadunt, quæ efficere potest, quoniam per summam corporis, & humores nat glutinoso: omne enim genus prurientium tale est: itaque quod ipsum, quia per summam peruenit glutinosum est, etiam per suam siccitatem perflere nequeat. *Arist. probl. sic. 2. n. 4.*

Scabies, lippitudo, tabes, cur sunt mala contagiosa? habentplexia, non transeunt in aliam: quoniam mala contagiosa habent, quæ oportune deprauatur: tabes expirando impurum materiam dicit, qui tractus ab homine sano, facile pulmonem vitiat, & cum cum per summam corporis sit facile propagare potest, febriem & huic lemodi cum nihil putrefaciens emittunt, suum in alium non transmittere nequeunt. *Alex. Aphr. probl. 2. n. 43.*

Vide, Morbus.

Scandalum.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Scandalum Græca dictio est *σκάνδαλον*, s. sc. ita & *σκάνδαλον*. Et est dictum aut factum minus rectum præbens alii occasionem. *secund. B. Th. secund. q. 42.*

Scandalum large sumitur pro quolibet impedimento in re sitto in via aliqua, quam profæqui intendit, *secund. eund. secund. q. 43. art. 10.*

Scandalum, *σκανδαλίον*, offendiculum, datum, vel acceptum. Hebr. *Mischchal, Mischchelah, Kischalom*, à verbo: *Caichal*, impigit, offendit, corrumpit. Metaphora sumpta à pedum ostentatione variis & lapsu impingentium, ad lapsus animi.

BIBLICI LOCI.

Scandalum seu offendiculum proximo nec in vita nec in debita ponendum. *Leuit. 4. 3. Num. 31. vers. 16. 2. Sam. 12. 14. 1. Reg. 12. 22. Proverb. 28. v. 10. 2. Maccab. 6. v. 24. Matt. 17. vers. 27. Marc. 9. v. 43. Luc. 17. 1. Ioan. 16. 1. Rom. 14. v. 13. 1. Cor. 8. 1. 1. Cor. 6. 3. 1. Thess. 5. 22.*

Scandali ex Christo occasionem capere, valde noxium. *1. Cor. 10. vers. 23.*

SENTENTIAE PATRVM.

Sicut necesse est ignem calere, & niuem frigere, ita est necesse vt iniquitas mundi erroribus plena, scandala pariat, periculum vero charitas pietatis operibus luceat. *Hier. in Matt. 18.*

Qui scandalizatur, paruulus est, maiores enim scandala non capiunt. *ibid.*

In quantum possumus, sine peccata vitare proximorum fac